

VVITEBERGENSIS.

les in docendo, & Deo grati simus, qui monstrat nobis suam sapientiam, & reuerenter acquiescamus in veritate agnita, & eam ad gloriam Dei, & ad vsum nobis & Ecclesiae salutarem, conferamus, & non sinamus turbari veritatem praestigijs sophismatum.

QVINTA.

ET quia fontes doctrinae Ecclesiae continentur scriptis Ebraeis & Graecis, hortamur, vt has linguas etiam Ebraeam & Graecam auditores nostri discant, ac manifestum est Graecae linguae cognitionem necessariam esse ad fontes artium intelligendos, & ad cognoscendam historiam veterum imperiorum. Ideo ingeniosis & quarentibus fontes doctrinarum, Graeca lingua studiose discenda est.

S E X T A.

EXercitium disputationum multas utilitates adfert. Adsuefacit enim studiosos, vt res intricatas in breues conclusiones, & syllogismos apte includere possint, & placida opinionum collatio, multas res obscuras eruit & patefacit, & dexteritatem adfert in respondendo, & in omni sermone comitatem. Ideo non omitti disputationes volumus. Vt autem & latine scribendi exercitium habeant Scholastici, alternis disputationes instituantur a Magistris, & recitentur a Scholasticis Declamationes, Et Magistri qui Grammaticen,
Dialecticen